


commentarios ediderunt. Huius duo in *Ananie* vallis montibus habentur genera. *Vnum* maius, quod folia alio la-
 tiora nigris resperfa maculis, caulem rotundum, leuem: florem spicatum, uarium, in purpura albicantem, odore non in-
 grato: radices duas, quae sanè testiculos caninos referrent, nisi ramis quibusdam quasi digitis, humanam manum expri-
 mere uiderentur. *Alterum* minus, quod folijs constat croci: caule dodrantali, unceco, leuiq;: in cuius cacumine flos emi-
 cat purpureus, anaranti amulus; qui recens odorem quam suauissimum reddit. Huius exiccati puluis ex aqua ignitum
 chalybem experia, e potus (ut perhibent ij, qui ita esse experimento comprobauerunt) dysentericis maximè prodest. Idem
 aquam praefare aiunt, quae per utrea-organa ex his elicitur. Radices huic similes, sed quae alteri magnitudine cedunt. Ex-
 calfaciunt utraeque (ut auctor est *Auiceenna*) sicantq; secundo recessu. Crassa corporis excrementa pellunt, faciemq; de-
 tergent. *Dantur* maniacis magno inuamento: quin & in ueruorum affectibus. Seminis puluis drachma pondere ex uino
 potius, comitialibus subuenit. Item radices decoctione uiuo diutius commissum, quod bibendum paratur tam in prandio,
 quam in cena. Radices, *Nicoli Florentini* testimonio, febrem quartanam fugant: is nanque earum tantum usu *Bilibium*
 quendam curatum retulit. *Fuchsius Palmam Christi* non rectè, patè eius dixerim, inter *Satyrii* genera depinxit: siqui-
 dem ea potius, meo iudicio, inter *Canis* testiculos erat representanda. *Quinciam* in eo mihi planè errasse uidetur, quòd
Satyrium triphyllum, perinde atque *canis testiculos*, cum duabus radicibus pictura, expresserit contra *Dioscoridis* deline-


Fuch. errata

SATYRIVM ERYTHRONIVM.





tionem : qui unam tantam radicem Satyrio mali magnitudine reddidit . Nisi forte is potius fuerit pictoris lapsus . Hal- Menchoni
 lucinantur præterea vna cum Mesue Patres illi reuerentia , qui eius antidotarium commentari sunt . quippe qui male sibi
 persuaserint , tot esse Satyrio radices , quot Canis testiculis . Verum ij Dioscoridem consulant , & hinc quam aptè deci-
 piantur , intelligant . Sed his facillè errantè occasionem potuit cecisse Plinius , quem lib. 26. cap. 10. Orchid. id est , testu-
 60 culum , cum Satyrio turpiter confundisse constat . Ceterùm quoniam legitimo Satyrio deficiamus , officina , ac modici eius
 nice Testiculradices suppeditant , infelici tamen , nec pari successu . Nam etsi ad prolem gignendam testiculis radices præ-
 tulerit Dioscorides , quod maior à viro deorata masculinum signat , minor uero à femina feminam : deturq; molli femi-
 nis bibendo in lacte caprino ad simulandam u. necem , arida uero ad inhibendam ; non tamen ob id inquam conoperi quen-
 quam , qui ex earum largiore esu referret , se magis ad uenerem fuisse excitatum , quàm esset , priusquam eas emedisset .
 Sed id fortè fortuna illis accidit , quod utraq; simul radices ederint medicorum imperitia . quo factum sit , ut altera alte-
 rius uim detruxerit , cum alteri uis instet , ut uenerem simullet , alteri uero ut eandem inbibeat . Id quod forte se non
 eueniret , si legitimum haberemus Satyrium . nec si herba illa inueniri posset , qua homines salacissimos reddet . Cuius Theo-
 phrastus meminit libro 9. cap. 20. de plantarum historia , ubi ita scribit . Ad rem autem uenerem mirum in modum her-
 ba polleat , quam Indus attulcrat . Non enim solum edentibus , sed etiam tangentibus tantum genitalibus vim dixerit
 uehementem



Canis testicu
li: vires ex
Gal.

Saryrii vires
ex Gal.

Nomina.

uehementem adeo fieri, ut quoties uellent, coire ualerent. Et quidem qui usi fuerunt, duodecies egisse dixerunt. Indum autem ipsam, qui uel magro, atque robusto corpore erat, septuagesies aliquando douisse fatentem licuit audire. verum emissionem seminis guttatim fuisse, demumq; in sanguinem deuenisse. Mulieribus uero uehementius etiam citari libidinem, cum eo medicamine usi fuerint, dicebatur. haëtus Theophrastus. Canini testiculii vires posteritatis memorie mandatum Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inquit. Orchis, nuncupatur & Cynos orchis eadem herba. Radici eius bulbosa, ac gemine nis inest humida, & calida, ac gustantibus dulcor apparet. Ceterum maior radix multam uidetur habere humiditatem excrementitiam, & flatuosam: quapropter epota uenerem excitat. Altera uero, minor uidelicet, contra admodum elaborata est, ita ut eius temperamentum ad calidum, & siccum uergat. Unde haec radix non modo non stimulat ad coitum; sed etiam planè contra cohibet, ac reprimi. Eduntur iosta bulborum more. Orchis uero, quem & Serapiada nuncupant, sicciorum facultatem obtinet quam ut primi ordinis haberi mereatur: quocirca ad uenerem non similiter accommodus est. Oedemata illius discentur, & ulcera sordida purgat, & herpes sanat. Siccatus multo etiam magis desiccatur, adeo ut & putrescentia, consumaciq; ulcera sanet. Habet etiam quòpiam subastringens, ac proinde uentrem ex uino potus siliit. Meminit item Saryrii Galenus eodem libro. Saryrium, inquit, aut Triphyllum humidum, & calidum temperata est: quamobrem gustu quoque apparet dulce. Attamen recrementitiam, & flatuosam humiditatem possidet: quocirca ad uenerem incitat. Haec uero & herba ipsius radix prestare potest. Porro, ut quidam scribunt, ex uino nigro austero potum sanat opisthotonon. Planta, quae G racis ορχις, & κνυς ορχις, Latinis Testicululus, & Testicululus canis nominatur: Arabibus, Chafi alkeb, seu Chafi alchelh: Italis, Testicolo di cane: Germanis, kua-ben kyant: Hispanis, Coyon de perro: Gallis, Collon de chien. Quae uero planta σαργύριον Græcè, Saryrium quoque Latine dicitur: Arabicè, Gafi alchaleb, Chafi altraleb, siue Tatarieb: Italice, Saryrio, & Satirione: Germanicè, Stendel wurtz: Hispanicè, Saryrion, & Supinos de Raposa: Gallicè, Satirion.

Σαργύριον. HORMINVM.

CAP. CXXVIII.


Horminum satium herba est foliis marrubio similis; caule semicubitali, quadrangulo, circa quem eminentia siliquis similes prodeunt, quae ad radicem spectant, in quibus diuersum semen recluditur. Siquidem in silycstri rotundum, fuscumq; inuenitur; in altero nigrum, & oblongum, cuius est usus. Ad uenerem stimulantem, cum uino bibi uolunt. Purgat enim melle argemas, albuginesq; illium ex aqua tumores discutit; eo etiam extrahuntur aculei ex corpore. Item effectus est illita herbae. Sylicestre magis uiribus pollet; quare unguentis, praesertim glucino, permiscetur.

Hormini con
sideratio.

Ruellij, &
Fuchsi opin.
reprobata.

Ruellius, & hinc, ut arbivox secutus Fuchsi in suis quisque de stirpium historia clarissimis commentariis, certò credunt Horminum satium eam perquam eboratam herbariam esse, quae vulgò aliquibus Sclarea, quibusdam Mar-trijalia, & nonnullis Herba sancti Iohannis appellatur. Sed tertè horum, licet doctissimum virorum, sententiam ut minus probem, nulla mihi occurrunt. Primum quòd contra Hormini descriptionem illa planta consistit caule plerumque bicubitali, folijs marrubio quam longè maioribus, & calyculis, in quibus semen recluditur, sursum spectantibus. Deinde, quòd in

HORMINVM DOMESTICVM.



quod in Sclarea ipsa rotundum semen inueniatur, non autem oblongum . Illud prætere addiderim, quod Dioscorides nux-
 quam, meo iudicio, Hormini odorem prætermisisset, si ei Sclarea licita Horminum satiuum fuisset, ut illi existimant: ea e-
 nim adeo odorata est, ut eius odor insignis sine vitio præteriri non possit. Huc denique illud accedat, & eos plantæ, ut pu-
 to, refelleret, qui secus opinantur, quod plantam, cuius hic effigiem damus, Pisis ad me misit Lucas Ghimus medicus clarissi-
 mus, & rei herbaria peritissimus que adamussum Horminum satiuum representat, ut pictura affabrè demonstrat. Ea enim
 60 folijs est Marrubio similibus, sed maioribus, & asperiusculis: caulibus semicubitalibus, quadrangulis: floribus in caule se-
 cundum folia per intervalla prodeuntibus purpurea colore. quibus decidensibus, eminentis siliquis similes prodeunt, que
 ad radicem spectant, in quibus nigrum, & oblongum recluditur semen. Cæterum STYLËSTRE folio est saluis ferè simi-
 li, caule sesquipedali, aspero, quadrangulo, leuiter hirsuto, striatoque: flore saluis, colore purpurascente, siliquis pluribus in
 buno reflexis, in quibus semen rotundum, fusco colore, Gallico passim vocato haud longè ab simile. Sclarea autem folijs
 exi Hormino quadruplo maioribus, ac latioribus, subsæuis, crispis, humi accubantibus; caule sesquicubitali, &
 quandoque maiore, hirsuto, firmo, quadranguloque, a cuius medio plures orientur rami, in quibus piceæ exent flores
 ex purpurea albicantes, odore eximio præditi: ex his receptacula oriuntur, in quibus nigrum pellicidum, ac rotundum
 includitur

Plinii lapsus.




Horminum
frugis genus.

Nomina.

includitur semen. Radicibus nititur multifidis, subnigris, amibuscq; . Hanc est Dioscoridis Horminum non sit, ego tamen Horminum maius, aut odoratum Horminum appellauerim. Huius folia ex aceto imposita paucis per se, vel cum melle deficiunt. item succuculos priusquam caput faciant. Itala mulieres odorati Hormini seruis granum oculis caligantibus inponunt, nec ex oculo auferunt, nisi caligine soluta. Hormini utriusque meminit Plinius libro 22. cap. ultimo. ubi in eum errorem lapsus deprehenditur, in quem & in stachy eundem incidisse superius ostendimus. Nam ubi Horminum folijs marribio similibus depinxisse opus erat, ei folia porri tradidit, nimirum Grecorum nominum vicinitate deceptus. $\alpha\rho\alpha\sigma\sigma$ enim marribium significat, $\alpha\rho\alpha\sigma\sigma$ vero porrum, quod Plinius legisse videtur. Est & Hormini genus a Theophrasto, Galeno, & Plinio inter fruges annuueratum: quod (vt Gal. auctor est lib. 1. de alimentorum facultationibus) inter erysimum, & cuminum mediam naturam obtinet. Ceteram Hormini, de quo hic nobis est sermo, meminisse Galenum in libris simpl. med. non reperio, quamuis eius mentionem fecerit Paulus, qui tamen illa tantum refert, que a Dioscoride mutuata est. Graci eam plantam $\epsilon\rho\mu\mu\gamma$ vocant, vt etiam Horminum Latini: Itali, Hormino.

SCLAREA.



HEDYSARUM.

HEDYSARUM.

CAP. CXXXIX.


60

Hedysaron, quod unguentarii pelecinum, id est, securidacam uocant, frutex est, foliis eiceris: fermen rufum in siliquis fert, corniculorum modo adficus, quod ancipitem securim emulatur, unde nomen accepit: amarum gustu. Stomacho uile in potu. Additur in antidota. Cum acelle ante coitum subditum; concipiendi spem adimit. Nascitur in legetibus, & hordcis.

Quanquam Securidaca inter triticum, & hordeum quandoq; proveniat; frequentior tamen inter aphacam nasci creditur. Id quod etiam testatur Theophrastus libro 8. de plantarum historia, ubi Securidacam in aphacis figit, eaq; aphacem necari prodidit. Plinius similitudine vocabulorum deceptus libro 18. cap. 17. Securidaca lenitem complexu strangulari scribit. In eo autem error deprehenditur, quod phacon pro aphace legerit, & verterit: nam Ciacis lens ephacis, uocatur, non ephacis, que vicia genus est. Sed re quoque Plinio refragatur Theophrastus, qui loco citato


Hedysari consideratio.

Plinii lapsus.



to aracun, non autem securidacam lenti innasci, & inimicari tradidit. Duo Hedyfari siue Pelecini habentur genera, et si
 Dioscorides unius tantum meminit, alterum, quod maius, alterum, quod minus appellauerim. Maius folijs exit ciceri pro-
 ximis, undecim ex uno processu erumpentibus. Cauliculos edit tenues leuissq; , floribus diluio purpureo colore rufescenti-
 bus, ut in piso, sed minoribus. Siliquas habet corniculatas, pressas, adunco cacumine, in quibus rufus concluditur se-
 men securis effigie, amari saporis. Radice nititur vnica, albaq; , non sine aduatis fibris. Minus maiori fere simile est, nisi
 quod folia minora spectantur, numerosiora, & in cacumine retusa. Quinariam, & caules, & rami, & cetera quot
 quot sunt partes minores habentur. Flores edit alteri baud absmiles, sed pusillos, ex quibus cornicula oriuntur rotunda,
 incurua, & acuminato cacumine, que per maturitatem rufescunt, in quibus semen continetur alteri simile, sed minus, ac
 tenuius. Radice nititur gracili, alba, longa, & alid descendente. Bibitur utriusque semen contra venenosorum ani-
 malium morsum. Eiussem farina, vulnera, & putrida ulcera abstergit, quemadmodum & lentiginis, & albos, &
 cutis maculas omnes, ubi frequenter melle optimo excepta illinatur. Pectus quoque expurgat à crassis, pituitosisq; ex-
 crementis ex melle, aut defruto delinçia. Necat eadem inestimatorum vermes ex dulci lixiuo pota, aut ex vino, aut ex lu-
 mano lacte, addito croci momento. Hedyfari meminit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, sic inquires. He-
 dyfarum,

SECURIDACA MINOR, SIVE HEDISARVM MINVS.



dysarum, aut pelecium. Huius fruticis semen colore rufum est, utrinque anceps, uti secures. Amcrum, & subac-
 bum apparet. quamobrem potum gratum est stomacho, & viscerum obstructions expurgat. Idem proficiant rotius fruti-
 60 cis ramuli. Plāta qua Græcis ἡδισαρῶν, Latinis Hedisarū, & Securidaca nominatur: Italis similiter Hedisarō, & Securidaca. Nomina

Ονοσμα. ONOSMA.


CAP. CXXX.

Onosma oblonga folia habet, ad similitudinē anchusę, longitudine quatuor digitorum, & vnius latitudinē, mollia, in terra iacentia, sine caule, sine semine, sine flore: radice nititur oblonga, tenui, infirma, tubescēte. gignitur in asperis. Folia in uino pota, partus extrahunt. Pręgnans, si eam supergrediatur, abortum facere dicitur.

Onosmatis
caulis.

Planta quędam ex collibus, quos uarijs herbis refertos circa Goritiam natura collocauit, in asperis nata iam pridem ad me allata est, quę folia habet minoris anchusę: radices verò eius ita rubescunt, vt quasi rubis videantur. Ex 10
ijs notis, quę quidem pulchrè Onosmati respondent, non potui non adduci, vt eam uerum Onosma putarem. Vnde etiam eius picturam addendam diligenter curavi, vt de ea aliorum quę sit iudicium. Sed certe, ut uerum fatear, mihi adhuc incompertum est, an hæc caulem, flores & semen proferat: siquidem eam hactenus non nisi caule, & reliquis uideam vi-

O N O S M A.



dere mihi licuit. Onofimatis vires tradidit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inquit. Onofima, vel onimas, uel phlonitis, uel ononis, ex aëri, & amarâ constant substantia: proinde quoque creâtur factus necare, & ecyere, folijs eius in uino potis. *Vt Græcè ονοψία, ita etiam Latine, pauciter & Italicè, Onofima uocatur.*

Onofimatis vires ex Gal. Nomia.


Nymphæa. NYMPHÆA.

CAP. CXXXI.


Nymphæa nascitur in paludibus, & stagnantibus aquis, folijs fabæ Aegyptiæ, minoribus, & longioribus, alijs in summa aqua, alijs demersis, pluribus ex radice eadem produuntibus: flore lilio simili, albo, & in medio crocos habente. cum defluerit, ut rotundum malum, aut papaueris caput, extuberat^a: nigro femine, denso, & lato, lenti gustus. Caulis est leuis, niger, minimè crassus. Aegyptiæ fabæ cognatus: radix nigra^b, scabra, claua similis, quæ autumno secatur. Sicca cum uino pota cæliacis, dyfentericisque auxiliatur, & licem absumit. Radix stomachi, ac uesciæ doloribus illinitur: uiliginis ex aqua emendat: imposta cum pice, alopecis medetur, eadem contra ueneris infornia bi-

^a Carceule git. *carceule* i. amaro.
^b Orib. legit *αχρῶς*, id est crassa.

NYMPHÆA ALBA.



NYMPHAEA LVTEA.



bitur: siquidem ea prorsus adimit. pota assidue aliquot diebus, genitale infirmat. Idem semen potum efficit. Nymphaez nomen sibi uendicasse uidetur, quoniam aquosa amet. Plurima inuenitur in Elide, in Anygro amne, & in Bexotiz Aliarto.

* Orb. legit: κολοκία. Ci. lica.

Νυμφαία ἄλτρα.

NYMPHAEA ALTERA.


CAP. CXXXII.

Meum non legit: conclusa.
 * Meum ex phar ad capitis calcé add.

Est & altera nymphaea, { cuius flos blephara dicitur } , foliis antedictis: radice alba, scabra: flore luteo nitente: rose simili. Huius semen, & radix contra foeminarum profluuia efficaciter ex uino nigro bibuntur. Nascitur in Thessalia, amne Penco.

Νυμφαία ἄλτρα ἢ τὸ γρηγοῦσα καλοῦσι ἢ τὸ ἄλτρον γούρα λεγέται, idest Nymphaea quam Nymphonam vocant, cuius flos Nuphar dicitur.

NYMPHAEA PARVA.



Nymphaea utraque seplasiarum Mawitano nomine Nenuphar appellatur. Nascitur ubique frequentissima in pa'di-
 bus, lacubus, & aquis stagnantibus. Unde non mirum, si ea sit vulgaris admodum planta, & omnibus notior,
 60 quam ut indicari deceat. Veruntamen Fuchsius medicus etatis nostrae clarissimus in libro illo de compositione medicamen-
 torum, quem nuper auctum edidit, putat alias esse Graecorum Nymphaeas, alias Arabum, ut eius verba, quae hic subiiciam,
 aperte satis declarant. Nymphaea, inquit, seplasijs Nenupharis. Facilitatis tamen solum eius Dioscorides, & Gale-
 nus non meminerunt. De illorum itaque sententia semine potius, & radice medicis utendum erit, quae, ut ipse testan-
 tur, refrigerandi, & exiccandi potestatem obtinent. Arabes contra floribus esse utendum praecipunt, illisq; refrigerandi
 in tertio, in secundo autem humectandi vim tribuunt. Atque hos quidem flores quarta species Nenupharis producit.
 quandoquidem illi praeter binas, quas Graeci commemorant, duas alias recensent. Et hinc constat, eam Nymphaeam, cu-
 ius flores humectare Arabes memoris prodiderunt, hodie esse omnibus incognitam. Quapropter toto caelo errant nostri
 temporis medici, quod suis Nymphaeis, quae sunt Graecorum, humectandi etiam facultatem attribuant. Ita Arabum scri-
 ptis saepenumero errandi occasioem medicis praebet. Et mirum plane est, Serapionem etiam inter Nymphaeas numerare,
 quoniam calidam esse & tenuium partium scribit. Adde nihil est in universa Arabum doctrina certum, ac solidum. hacten-

Nymphaea
considerato.

nus Fuchsius. Huius equidem viri aliqui eruditi iudicio tantum abesse vt hac in re scribere velim, vt potius cogat ipsum refellere, atque Arabum doctrinam tueri: utpote qui Græcorum scripta bona fide referant, atque us etiam addant si quid boni habent sua industria & experientia perceptum. Id quod vel hic fiet perspicuum omnibus qui æquo animo rem iudicabunt. Quod igitur Arabum nymphæas, esse eas humectare tradunt, vbi de earum floribus mentionem faciunt, eadem sint cum nymphæis Græcorum, qui vna illam inteream reliquerunt, facile probari potest Scapiculus, ac Auzienæ testimonio. Et tanque, vt omittam quòd omnia ferè ex Dioscoride transcribunt, non solum vtiuntur floribus, vbi humectandam sit, sed etiam semine & radice, vbi adstringere & refrigerare sit opus. Neque mirum certè, quòd Arabes suis nymphæis frigidum & humidum temperamentum adscribant, quando sic illis, vt etiam nobis, experimento perceptum est, illarum flores humectare & refrigerare. Atque acò hoc miri non videtur Græcorum sententia aduersari, quippe Græci scribunt nymphæas exiccandi quidem & refrigerandi vim habere, sed de semine & radice intelligunt. Arabes vero nymphæis humectandi & refrigerandi facultatem tribuunt, quam tam en flores sortiri esse volunt, vt clarissime scribit Auzienæ. Illud addam, quòd nihil profusus sit alienum à ratione, vt vna eademque planta suum variet temperamentum pro diuersa vniuscuiusque partis natura. Huius rei Galenus testis esse potest in mandragora mentione, vbi scriptum reliquit eam radice refrigerare & exicare, fructu vero refrigerare & humectare. Quare, meo quidem iudicio, Arabes erunt in hoc laudandi potius, quam ceteros (quòd videtur fecere Fuchsius) expræbrant: vt qui in suis magna mortalium utilitate Nymphæas flores in vsum medicum asseruerint. quod a veteribus Græcis, quantum nobis constat, prætermisum est. Porro verisimile non est quòd Arabes ignorauerint, quæ in nymphæis fuerint feminis & radicis facultates. Nam si Auzienæ exijisset earum semen & radicem eiusdem esse cum floribus temperamenti, illis vti que non fuisset usus ad dysentericos, ad veneris infomiam, ad muliebrem profusiuum, & ad alios morbos, qui frigida siccitate requirunt medicamenta. Sed illud nobis obicitur, vt contendant non eas esse Arabum, quæ Græcorum nymphæas, quòd Scapiculus ex auctoritate Albu-saris inter nymphæas recenset plantam, quæ tenuium partium est, & calidam naturam habet. Nos in nihil esse dicimus. neque hoc nobis ita vt Fuchsius mirum videtur. Vt autem non miremur Arabibus tractant esse nymphæam, cui vis usit calida, facit tertius temperuui exemplum in Dioscoride. etenim is tertium seui genus depinxit, eiq; vim excafactoriam acrem & exulcerantem reddidit: tametsi reliqua duo sedi genera eidem Dioscoridi refrigerant, atque ipsam Galenus tertiam refrigerandi sedem assignat. Ceterum in quibusdam Bohemis lacubus Nymphæa parua nascitur, solo quidem nymphææ, sed brassicæ maris paulo maiore: flore candido: capitibus exiguis, vt in cappari: femine intus papaueris magnitudine. Hanc tamen plantam hætenus quod meminimus, mihi non licuit alibi videre, quàm in Bohemia. Nymphææ facultates retulit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, his verbis. Nymphææ tum radix, tum semen desiccandi vim habet citra moysum. Itaque ventris profusioa cobibet, semendq; siue per insomnia, siue alio pacto immo-dicè profusus retinet. Iuuat porro etiam dysentericos. Ceterum Nymphæa, quæ, candidam radicem habet, potentioris est facultatis, vt & muliebri profusio medeatur. Verum & hæc, & ea quoque, quæ atram habet radicem ex uno nigro assero bibitur. Porro nonnullam etiam abstergendi vim obtinent, ita vt & albos sanent, & alopecias. Ad albos vero macerantur aqua, ad alopecias pice liquida. Sed ad hæc aptior est ea, cuius radix nigra est, sicut ad alia, cuius alba. Nymphaia Græcis, Nymphæa item Latinis appellatur: Matritanis, Nilifar, Ninosan, seu Nilifar, Italis Nymphæa: Germanis, Gelb, Vneijz (Gelbkomen, & Haruutz: Hispanis, Escudetes del rio, & Higos del rio: Gallis, Blanc de eau, Lauuet de eau, & Lis de Itang.

Vires ex Gal.

Nemina.

Ανδρόσακες.


ANDROSACES.

CAP. CXXXIII.

α Μεύ εμπρ.
ιταλενι. Αν
δρόσακες γαρ
παται εν Συ
ρια εν παρα
λίω τῶναι,
στία εἰ οἱ, λευκα λευκαροσ, πικρα κῦλλος, θυροκλειον ἐπι τῶν κεραλῶν ὄχρσα. Id est Androsaces nascitur in Syria in maritimis locis. Est autem herba alba, tenuibus virgulis, amara, sine folijs, folliculorum in capite habens.

Androsaces herba est amara, tensus spargens iuncos, sine folijs, folliculos in capitulis habens in quibus semen continetur. Gignitur in Syriæ maritimis. Ea drachmis duabus in uiuo pota copiosam hydropicis vrinam ciet. Idem effectus est femini pota, & herbæ decoctio: podagris utiliter illinitur.

ANDROSACES:




A Androsaces ex Syria, quod sciam, non defertur in Italiam. Verum, quia eam herbam inibi etiam nasci posse nihil
 prohibeat, quoddam planta genus nuper inuentum est in Hetruria maritimis, cuius hic picturam ideo exhibere li-
 buit, quod id a quibusdam Androsaces existimetur. Idipsum ad me misit hoc anno Pifis Lucas Ghinus medicus clarissi-
 mus, & rei herbarie peritissimus: a quo (si is illi opinioni subscriberet, & Androsaces in Italia nasceretur) non mihi ex
 eo dissentendum esset, quod praeter alias notas hac planta (ut Oribasius ex Dioscoride transferens habet) tota candida spe-
 ctatur. Caterum aliam quoque plantam ex Syria maritimis allatam ab hac longè diversam, misit ad me sub Andro-
 ces nomine Iacobus Antonius Cortusius patritius Patavinus, cuius quoque hic imaginem excudi curauimus, ut de ea que-
 que aliorum sit iudicium. Androsacia meminit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, ubi sic inquit. Andro-
 faces humida, & acris herba est. Potest autem resiccata, exhibitæ; tum ipsa, tum fructus eius magno opere vinam mo-
 nere, & nimirum discutere, & desiccare. Hac planta ut Græcis ἀνδρόςακς, ita Latinis Androsaces dicitur: Italis,
 Androsace.

Androsaces
confid.

Androsacias
uires ex Gal.
Nomina.

† In vulgatis exemplaribus hoc loco scriptum reperitur ἀνδρῆς, hoc est tenuis: quam nocem, ut superuacaneam, omisit
 Ruellius. In Oribasio uerò ἀνδρῆς, id est, alba legitur: & hanc ex aliquo fortè antiquo coice uertit Marcellus. Cata-
 rum non desunt, qui, ubi paulo post ἀφύλλος, hoc est, sine folijs legitur, ἐμυώδης, hoc est, cum folijs legendum putent.

ΑΨΑΛΙΝΗ.



A. 171. 1718.

ASPLENVM.

CAP. CXXXIII.


A Splenum aliqui scolopendrium uocant, alij splenion, alij hemionium: foliis est multis, scolopendriæ animalis similibus, ab radice una prodeuntibus. Nascitur in parietibus, saxisque siliceis, & opacis: nec caulem, nec florem, nec semen habet. Folia polypodii modo diuiduntur, subter flauescencia hirsutaq; superne uiridia. Vim hanc habet folia in aceto seruefacta, ut per dies quadraginta potalientem absumant: quibus etiam contritis lienem ex uino illini oportet. Istranguria, & regio morbo prodest, singulum sedat, calculos in uestica comminuit. Conceptum adimere creditur, per se, aut cum uiui liene appensa. Tradunt noctu, silente luna, huius rei gratia effodiendam.

Aspleni considerauo.

A Splenum, siue Scolopendrium tam a medicis, quam a pharmacopœis, qui plantæ Mawitanorum scripta sequuntur; Cetrach barbara uoce uocatur. Nec diu est, quod nouere rei herbariæ periti Arabum Cetrach esse legitimum Scolopendrium. Quandoquidem antea uniuersa herbariorum schola Aspleni loco phyllitum, quam etiam uulgò Linguam ceruinam appellant, suis immiscebant medicamentis. Verum enim uero quanquam hoc adeò clarum est, ut nullus amplius arbitrandi locus relinquatur; adhibere tamen inueniuntur è ueteribus nostris seplasiarij, qui ut suam potius pertinaciam, quam ueritatem ipsam tueantur, nullo pacto sibi persuasum esse uolunt, phyllitum non esse legitimum Scolopendrium: eo tantum argumento pertinaciter iunxi, quod sui maiores phyllitum Scolopendriam appellauerint, quodque eam spleni semper maxime profuisse experimento cognouerint. Qua tamen in re proorsus aberrant, ut ex Aspleny notis facile ab omnibus intelligi potest: ex quibus apertissime cognoscitur, nil aliud esse Asplenium, quam ipsius Cetrachi uocatum. Nec desunt præterea, qui obmixte contendunt, Cetrach non esse Asplenium, quod scripserit Dioscorides nasci Asplenium folijs polypodij, siue dissenti siliculam, que in montibus prouenit in itinere, quo Coritia per montes in Carniolam itur, felijs angustioribus, & admodum uirentibus, is in posterum, quantum equidem reor, omnis dubitanti occasio sublata esset. Siquidem silicula hæc folio exi Cetracho perquam simili, quanquam paulo ampliore. Tantaq; est similitudo, ut mihi primum hanc herbam

Quorundam error.

A S P L E N V M.



60 *bam insipienti ea ferme visa sit verum Asplenium: quæ tamen effossa radice statim pro silicula agnoscitur. Prostantissimum asplenium in Creta nascitur, ubi repertum Vitruvius affirmat circa Potereum amnem, qui duas vrbes Gnoson, & Cortynam interlabitur: parte quæ ad Cortynam spectat, pecoribus sine liene inuentis, quia herbam hanc viderent: altera vero parte, quæ ad Gnoson est, lienam habentibus, quia ibi herba illa non apparat. Ceterum aureus pulvis, qui in Aspleno auresa foliorum parte inuenitur, drachma pondere una cum albisuecini farina semidrachma, ex succo portulacæ potus, aut plantaginis, gonorrhæa laborantes mirifice iuuat. Herbe autem totius decoctum datur vtiliter potandum ad omnes melancholicos affectus, & ad eos præsertim, qui Gallica lue affecti sunt. Aspleni vires paucis perstrinxit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, sic inquit. Asplenium tenuium quidem partium, non tamen calida herba est. Hac etique ratione & lapides frangit, & lienes liquat. hæc Galenus. Ceterum sunt qui existimant Asplenium, & Scolopendrium Græcis non idem, sed diuersas omnino plantas representare, Galeni auctoritate freti: quippe qui libro 5. cap. 12. simplicium medicamentorum de his differens, quæ obstructio lieni conferunt, Scolopendrium ab Aspleno segregasse manifestè videatur, cum inquit. Maiores lienis obstructiones vehementiora desiderant medicamenta, nempe caparis corticem, tamaricis radices, scolopendrium, & scillam, & eam, quæ ipsius nomine representat asplenium appellata. Galeni locus suspectus. Hac certè verba differentiam fieri aperte declarant. Sed, meo quidem iudicio, erodendrum esse sufficit, quòd hoc in loco præter*

Aspleni vires
ex Gal.


Galeni locus
suspectus.

præter

praeter Galeni sententiam accreuerit Scolopendrium, depravataq; in eo sit scriptura vel librariorum incuria, vel nimia alicuius scoli diligentia: quod in sequentibus libris, in quibus de simplicium omnium, quorum cognitionem habuit, facultatibus sigillarim differit Galenus, nusquam, quod inuenierim, Scolopendrii meminert, sed tantum Aspleni, cuius etiam vires (ut supra vetulimus) sanè quàm paucis perstrinxit. Aut rectius fortè crederem, quod eo in loco per Scolopendrium vel per Asplenium hemionitis intellexerit Galenus, de qua in sequenti commentatione dicemus. quandoquidem hemionitis (ut ipse Galenus scribit libro 9. cap. 2. de comp. medic. secundum locos, ubi ea pharmaca ab Andronacho conscripta recenset. qua epota splenicis siue lientosis opem ferunt) ab aliquibus ex antiquis Asplenium, ab alijs Scolopendrium appellata est. Quare non esse mirum, si loco praedicto Galenus accepisset asplenium pro hemionitis: praesertim quod haec herba quoque eam vim scribita est, qua lientem absorbere potest. Illa planta, quae Graecis ἀσπλην, Latinis quoque Asplenium, & Scolopendrium appellatur: Mauritanis, Scolopendrium Sculus, seu endrium: officinis, Cetrach: Italis Aspleno, Scolopendaria, & Herba indorata: Hispanis, Doradilha: Gallis, Cetrach.

Noumca,

HEMIONITIS.




Ἡμιονίτις. HEMIONITIS.

CAP. CXXXV.

Hemionitis, quam aliqui splenion vocant, folium emittit dracunculi, lunatum: radicibus cohaeret multis, tenuibus: nunquam flores, neque semen, neque caulem gignit. in petrosis nascitur, austeri saporis. Ea ex aceto pota lientem abiumit.

Falluntur procul dubio (vt in *Phyllitidis* commentatione superius diximus (Leoniceus, Ruellius, & Manardus: quippe qui sibi certo persuaserint, Hemionitida eam esse plantam, quam seplastaricum vulgus Linguam ceruinam, per-^{Hemioniti-}dis conu-
10 peramque Scolopendriam nominat. Sed quoniam in praedicto loco hos viros alicui doctissimos, & Fuchsium pariter eos secutum errare evidentissimis, vt puto, argumentis ostendimus; idcirco superuacaneum esse diximus hic eadem repetere, praesertim quod neminem futurum sperem, qui eo se conferre grauetur, si cupiat nostras contra viros tam celebres rationes audire. Porro non modò iam nobis compertum est veram Hemionitim, quae à Dioscoridis historia nihil prorsus distat, Romae nasci in quibusdam rudibus, edificationumque ruinis prope magnum Amphitheatrum, inde quidam rei herbariae


SFERACAVALLO.



Stuciosi eam in suos transfulerunt hortos; sed nos quoque hoc anno eam accepimus ab Aloyso Anguillario, qui Hemionitis plantam, cuius picturam damus, ad nos Patavio misit. Equidem credidimus iam dudum una cum Hermolao, & Ruellio teneurium, & hemionitum unam tantum Plinio plantam esse, depravatis eius exemplaribus uidepti, quae libro 25. cap. 5. ita scriptum habebant. Inuenit & Tescer eadem aetate teneurion, quam quidam hemionion uocant. Veruntamen cum postea tractu temporis Plinii codex mendis quam plurimis expurgatus ad manus esset, non hemionion legendum fuisse comperi, sed hemion. Quo factum est, ut omnino fuerim coactus in hoc mutare sententiam, contraque asserere teneurium à Plinio descriptum Dioscoridis teneurio nullis notis differre. Caterum inter hemionium, & asplenium Plinio nulla intercedit differentia, quod scripserit libro 27. cap. 5. Asplenium sunt, qui hemionion uocant. Sed equidem vereor, ne & ipse in errore versetur. quandoquidem Dioscorides non modo utriusque historiam diuersis capitibus descripsit; sed etiam asplenium nusquam, quod sciam, hemionitum appellari ait: tametsi contra Hemionitum non asplenium, sed splenion à quibusdam uocari tradiderit. Sed posteaquam Hemionitidis lunata folia mihi ad memoriam reuocarunt herbam illam, quae à chymistis LVNARIA MINOR, & ab alijs ob semen racemosum Lunaria botrytis cognominatur, eam & ipsa mihi in medicamentis polleat uerbis, non praetereundum duxi, quin hic de ea aliquid dicerem. Haec itaque breuis est planta, dodrantali ferè altitudine. Caule consistit simplici, rotundo, lento, ac gracili: è cuius medio in lauis exit ramusculus, costae effi-

Lunaria minorae descriptio, & uires

LVNARIA MINOR.



gla: cui folia sunt utraque septem annexa, lunata, crassa, firmaque, brassicæ marinis modo. Flores proferit in summitate caulis, exalidis minoribus inftar: semine rufo, rotundo, minutoque, in vna modum racematim coherente. Vis totius planta mirè efficacis vulneribus glutinandis, itemque intrinsecis, atque extrinsecis corporis fracturis sanandis: quare miris plantæ medicis ad puerorum enterocollas. Datur utiliter, commodeque dysenterias, planta tota in puluerem contrita. Albas interijunctiones supprimit, quemadmodum & rubentes. Ferunt equos, qui in montibus herbas depascuntur, ubi hæc copiosa provenit, assulis ab ea clausis, suos ferreos calcæatos amittere, & ob id nunquam nonnullis sferaccalio, appellari. Sed perperam, meo quidem iudicio, quod alia sit planta, quæ vel ab ipso ephorico legitime sic fuerit appellata, vel quoddam semen proferat ferreis equorum calcæis simile. Verùm, cum a chymicis hæc planta inter Lunaria generis recensetur, adeo, vt quidam eam ipsam Lunarium maiorem appellent: præterea quidem non potui, quin de ea quogue hic verba facerem. Est itaque Planta, quam nos S F E R R A C A V A L L O appellamus, herba in montibus proveniens, folijs minoris Securidacæ proximis, pumilis, cordatis; faciem referentibus, incurva secundum longitudinem excurvante linea, pluribus vitijs; de longo pediculo emergentibus (siquis oblongis, pressis, numerosis, altera parte incurvis incisis diffusis, & foraminum rotundorum speciem referentibus, prominente vtriusque foraminum orificio, adeo vt non parum officij in hife fabricandis natura adhibuisse videatur. caules habet angulosos, striatosq; ramulis compluribus refertos, sed flores hæctenus mihi videre non licuit. Semen è folijs prodit lunatum, bicorne, unde illi nomen apud chymistas; qui eam magnis effectibus præconijs ad argentum conficiendum, sed quam suis opinionibus deluduntur ij, scpe suo magno damno experiantur. Radice nititur Græcis quatuor digitorum longitudine. Hanc ego plantam Securidacæ montanam appello, cum non parum videatur habere cum minoris securidacæ cognationem, cum facie, tum vitijs. Quod autem equi, qui diu hanc plantam videntem calcaverint, ferreis calcæatibus protinus exuantur, quid certi afferam non habeo: Verùm cum scribat Plinius lib. 10. cap. 18. Picum martium adactos caeteris coram cuneo passioribus, admoda quadam herba extrahere, & Trebicus antiquissimus autor illi subseribat, eorum quidem Lunaria minus haud omnino versatari, qui huc plantæ id vitijs tribuunt. Est & alia herba, quam aliqui similiter Lunarium maiorem eam minant, que in scrobium ripis, & aggeribus vlgine madentibus, secus vias plerumq; nascitur. Scribit hæc humi iunctis caulis, cubito longioribus, clematidis illi similibus, que Vinca peruvica vulgo vocatur, in quibus a radice ad summum ex vtroque latere brevibus interstitijs folia exent crassiuscula, rotunda, parvorum numerorum speciem referentia: unde a nonnullis Nymularia dicta est. Sunt qui existimant, hæc esse Elatinem. Verùm quia Nymularia dicta folia pilosa non sunt, sed laniosa quia præterea non nascitur in segetibus & cultis, sed in scrobium aggeribus & vlginosis locis; ideo ijs non possum adscripulari. Hæc quoq; glutinandis, & cobibandis facultate prædita est. Sed iam, vt nostri moris est, Hemionitidis iuxta reddantur vires ex Galeno, qui eas retulit lib. 6. simplicium medicamentorum, his paucis verbis. Hemionitis simul & adstriccionem, & amaritudinē possidet: quamobrem cum aceto pota lientosis auxiliū est. Ea vt Græcis nymularis, ita etiam Hemionitis Latius, & Hemionite Italij vocatur.

Lunaria minor alia.

a vō aliorū, fabriciorū, iā meum. Onofr. ad le git conclusū.

ANThyllis.

CAP. CXXXVI.

Anthyllis duplex est. quædam enim lenti simillima, folijs molliibus, rectis ramulis, palmi altitudine: radice parva, tenui. Nascitur in salis terris, & a sole illustratis, non infulso gustu. Altera est folijs, ramulisque, aiugæ similis hirsutioribus tamen, & breuioribus, & asperioribus; flore purpureo, odoris admodum grauisradice cicchorij. Potâ drachmis quatuor, urine difficultati, renibusq; plurimū prodest. Trita, uulvæ pruitate emolliunt, cum rosacæ, & lacis impostæ. vulneribus medentur. Quæ autem aiugæ similitudinem refert, præter alia potâ cum aceto mulso, comitiales sanat.

Primam, aut alteram Anthyllidam, quæ Dioscoridis història respondeat, non eandem hæctenus in Italia reperi, aut reperiri vidi: quanquam non negaverim, quin ea inibi proveniat. Ruellius hæc posterius in Salsom vocatam fuisse traio, quod ex ea Salem fieri memoris proditum sit. Fuchsius verò in libro illo de componendis medicamentis, quem locutionem nuper excudit, putat eam herbam, quæ Cali Mauritanis dicitur, de qua nos differimus libro superiore in Aristiplicis commentatione, Anthyllidem esse. nam ubi Aluminem genera expendit, in sine fermè sic inquit. Alumen, quod Cetina appellant, ex herba combusta conficitur, Cali Mauritanis dicta, Græcis Anthyllidæ & Trago. Sed, meo quidem iudicio, in hoc aperte hallucinatur Fuchsius vna cum Amato Lusitano, à quo illum hanc vanam opinionem accepisse facillè suspicor. In primis namque non video ego, quomodo fieri possit, vt Cali Mauritanorum duas possit legitime Græcorum plantas representare, Anthyllida & Tragum, quæ quidem genere, forma, notis ac vitijs inter se maxime differunt, vt in ea Alogia, quam in illum Lusitanum scripsimus, latius offendimus. Deinde nobis plene subit mirari Fuchsium, vtrum aliquo doctissimum & in re medica adeo clarum, vt primas ferat in Germania, quoddam Lusitanum illius ineptias tam religiosè sit secutus, vt hic contentus protulisse Anthyllidem esse herbam Cali, neglexerit præterea Anthyllidis genera, quæ Dioscoridis duo sunt, expendere: atq; genus explicare, quod Cali esse putabat. At vt vera Cali quantum ego sentio nec primam, nec alteram Anthyllidem exprimit, neque etiam Tragum. Etenim hoc sine folijs nascitur, sed eorum uicem explent aculei, adeo ut tota planta spinis horrida spectetur. Illa vero Anthyllis, quam primo genere ascribit Dioscoridis, lenti simillima est. Porro alterum eius genus (teste Dioscorido) folijs ramulisq; aiugam emulatur, hirsutioribus tamen, breuioribus & asperioribus: flore purpureo, odoris admodum grauis. Quæ nimium notè in herba Cali, gustant salia proventus desiderantur. Vtriusq; Anthyllidis meminit Galenus lib. 6. simpli. med. sic inquit. Anthyllis duplex est, sed vtraque modicè desiccata, vt & vicera glutinet. Cæterum altera, ea scilicet quæ chamæpityi ad similes est, quadantenus subtiliorum est partium, quam altera, adeo vt & comitialibus competat. Quæ & ipsa magis quam altera extergere potest. Quæ herba Græcè εὐθυλλίς, Anthyllis item Latine, & Anthillide Italianè nominatur.

Anthyllidis confid. Fuchij opin. gamma.

Anthyllidis vires ex Gal. Nomina.

ANThemis.

CAP. CXXXVII.

Anthemidis genera tria, tantum flore distantia: rami dodrantales, fruticosi, alis multo contravi: renibus, foliis, parvis, numerois, rotundis capitulis: floribus in medio aureis, fornicibus orbiculato ambitu candidis, melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum ruta. Nascitur in asperis, & iuxta fennas, colligitur uere. Vim habent radices, flores, & herba exalfaciendi, extenuandiq; . Potu, & infusione, pelunt

ANthemis.

CAP. CXXXVII.

Anthemidis genera tria, tantum flore distantia: rami dodrantales, fruticosi, alis multo contravi: renibus, foliis, parvis, numerois, rotundis capitulis: floribus in medio aureis, fornicibus orbiculato ambitu candidis, melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum ruta. Nascitur in asperis, & iuxta fennas, colligitur uere. Vim habent radices, flores, & herba exalfaciendi, extenuandiq; . Potu, & infusione, pelunt

σελευστα κωνσταντης ελκεδονης παριου, id est intrinsecus quidem album, & aurei coloris florem habet, extrinsecus verò per ambitum albos, aut melinis, aut purpuros.

† Med. exper. εὐθυλλίς μέλις ἰ.δ.α.κ.α.ζ. κ.α.ε. ἰ.δ.α.κ.α.ζ. κ.α.ε. ἰ.δ.α.κ.α.ζ. κ.α.ε.

lunt menstrua, partus, vrinam, calculosq; aduersus inflationes, & ilei tormenta bibuntur: bilem suffu-
sam expurgant: iocinerū vitia sanant. Deco'do earū vesicæ fouentur. Ex omnib. his generibus ad calculo-
s efficacissima est, quæ florem purpureū habet, cuius amplitudo maiuscula est. Hanc proprie herā
themon vocant. Ea cui leucanthemo nomen est, item quæ chrysanthemon dicitur, vehementius vti-
nam ciunt. Aegilopiis illitæ medentur: commanducaræ vlcerum eruptiones in ore sanant. Nonnulli
in clysteribus ex oleo vtuntur, terunturq; in farinam, ad abigendos febrium circuitus. Flores, & folia
recondi debent; & priuatim, tusa in passillos digeri: radix quoque siccat, dumq; ingruit neccellitas, bi-
næ partes herbæ dari, modo floris aut radice pars vna modo contra floris partes due & herbæ vna, per
mutatim duplicato pondere, alternis diebus, bibere autem oportet in vino m uiso diluto.

2 Meil. 87119
quis elatē
i'ci m'os i.
quet & per
omnia matius
est.

Anthemidis
confid.


Anthemis, que & Chamæmelon ab odore mali Grecis dicta est, officinis, & vulgo corrupta voce Canonica voca-
tur. Verū quamuis tres Anthemidis species florum colore tantū differentes, memoriae prodierit: Disjunctes,
eamq; ceteris ad calculos prestare tradiderit, cui flores in med'o aurei, per ambitum vero purpurei buboni moes insunt;
pharmacopole tamen in Italia illam dumtaxat sibi comparant, quæ floribus constat intus aureis, foris folijs albicanibus

ANTHEMIS, SIVE CHAMAEMILLA.



circumscriptis quoddam. hæc cæteris frequentior, copiosiorq; inter segetes in campis promouet, oleatq; suauiter. Quandoquidem cætera eius genera, à paucis sanè cognita, in raris Italiæ locis reperiuntur. Sicut qui putent plantam, quam quidam Vergilij *ADONIDEM* esse censent, purpureum Dioscoridis esse *Anthemidem*; sed re uera hallucinantur, quodà huiusc. *Anthemidis* genus, Dioscoride teste, flores proferat in medio aureos, & forinsecus orbiculato ambitu purpureos, ut in Belli quadam uideamus, à quibus maximè differunt uulgaris *Adonidis* flores, qui papauerorum syluestrium flores emulantur. Cæterum *Anthemidis* cuius uulgaris cõi usus, caules edit cubitales, folijs est paruis capillaribus, tenuibus, ac numerosis: flores fert in caulium, ramorumq; summitatibus Parthenio, quod *Matricariam* uocant, similes. Radicibus nititur tenuibus, nec altè descenditibus. Tanta est *Anthemidis* cum *Cotula* fatida similitudo, ut nullo ferè oculorum intuitu, sed olfactu tantùm altera ab altera dignosci queat; Namque altera, nempe *Anthemidis* perquam bellè, ac suauiter olet, altera uerò fetet, & aded acris est, ut cutim exulceret adaligata. Quo fit ut qui in campis aluum exonerant, & deinde hæc herba sedem abstergunt, paulo post intolerabili uexentur ardore. Cæterum *Anthemidis* decoctum potum lateris dolores sanat. Idem præstat aqua de floribus distillata. *Anthemidis* flores absque folijs decerpti, tusiq; in mortario, & ex oleo in pastillos conformati, si ex eodem oleo dissoluantur, usq; febrientes à uertice capitis usque ad pedes illinantur, moxq; stragulis, ut sudent, integantur, quas cumque febres sanant, si sudor copiosus fluxerit. Ita enim scriptum reli-

ADONIS.




Anthemidis
vires ex Gal.

quit Nicheffor Aegyptius: Anthemidis meminit Galenus libro 3. simplicium medicamentorum, sic scribens. Chamemelum tenuitate quidem rose per simile est, calore vero ad olei facultates magis accedens, animalium familiares, tum temperatas. Quapropter lassitudinibus, ut si quid aliud confort, doloresque sedat, miigatque. Preterea tensa remittit, & laxat, quæq; mediocriter dura sunt emollit, quæque conspata rarefacit. Ad hæc febres, quæ circa visceris alicuius inflammationes infestant, discentit, ac dissolvit, ac præsertim quæ ex humoribus biliis, aut cutis densitate proneniunt. Quæ de re & ab Aegyptiorum sapientibus soli consecratum est, febriumq; omnium remedium putatur. Verùm hæc quidem in re à veritate aberrant: solas enim, quas dixi febres sanare potest, ac, quæ ipsæ concoctæ sunt. Innat tamen pulchre reliquas etiam omnes, quæ melancholicæ sunt, aut pituitosæ, aut ex viscerum inflammatione progatæ. Nam & harum remedium Chamemelum vel Frenuissimum vsi, ubi iam concoctis adhibetur: quapropter & hypochondrijs, ut si quid aliud, gratum exitit. Meminit etiam in lib. 6. coronam simpl. medic. sic inquit. Dicitum quidem in tertio libro de hac herba copiosus est, diciturq; nunc summatum, & calefact, & desiccata in primo ordine. Est & tenuium partium, ac proinde digerendi, rarefaciendi, & laxandi facultatem obtinet. Planta, quæ Græcis ἀνθῆμις, & χαμαίμελον, Latinis pariter Anthemidis, & Chamemelum appellatur: Arabibus, Debonigis, seu Babunegi: Italis, Camamilla: Germanis, Camillen: Hispanis, Merzanilla: Gallis, Camemina, & Camomille.

Nomina,

PARTHENIVM, SEV MATRICARIA.



Parthenium, aliqui amaracon uocant, foliis est coriandri, tenuibus: flore per ambitum albo, intus melino. odore subuiroso, sapore amaro. Siccatum, cum aceto mulso, aut sale potum, non secus atque epithimum, & bilem, & pituitam detrahit: suspiriosis prodest, & melancholicis. Herba sine flore à calculosis, & anhelatoribus magna utilitate bibitur. Valet decoctum ad insidendum in duritia uuluarum, & inflammationibus. Illinitur sacro igni, & collectionibus cum flore.

Seritur Parthenium in Italia in hortis serè omnibus, neque modo in ijs satum; sed in alijs quoque locis sponte procreat. Folio est coriandri, amaro sapore, odore graui: floribus per ambitum albis, intus melmis. Hetrusci Matricariam, & ab amaro sapore, Amarellam uocant. Ceterum hallucinantur, mea quidem sententia, in parthenij historia Brasauolus, & Fuchsius, utri aliquo doctissimi: quin & Monachi illi reuerendi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, quod concordet sibi persuaserint (ut superius in Artemisia commentario, eorum errorem explodendo, diximus) Matricariam, siue Amarellam uulgo uocatam esse illud Artemisia genus, quod secundo loco à Dioscoride representatur: utpote qui non rectè expenderint hanc esse legitimam Parthenium. Porro contendunt Brasauolus, & Fuchsius eam omnino plan-

Parthenij cōsideratic.

TANACETVM.




tam usum referre Parthenium, quam herbariorum vulgus Cotulam fetidam appellat. Sed quàm isti clarissimi medici magno in errore versentur, iudicent ij, qui probè sciunt Cotulam fetidam folio esse saniculi, aut anthemidis potius, quam coriandri: neque sapore usqueadeò amaro, ut in Partheno requiritur. Sed acutissimo, & exulcerandi in prædito. id quod nusquam Partheno tribuit Dioscorides, neque Galenus. Sunt præterea antiquiorum nonnulli, qui Helxinem quoque Parthenium vocant, illam scilicet, quæ in parietibus nascitur detergendis vitreis vasibus aptissima, ut Galenus ipse testatur libro 6. simplicium medicamentorum, & Plinius 22. cap. 17. naturalis historie. Nec desunt etiam, qui u-

Tanacetū, &
cuius medicæ
næ.

Nomina.

int nas Parthenium appellare Athanasiam, quam & TANACETVM vocant septasiani, cuius etiam superius de Artemisia differentes mentionem fecimus, & hic modò effigiem damus. Quorum equidem sententiam magis probandam censerem, quàm eorum, qui tertium Artemisie genus Tanacetum esse contendunt. Vtuntur Tanaceto recentiores ad uentriculi, & alii flatus discutientes, item ad lumbricos ex ventre pellendos. Vtuntur & ad frangendos renum calculos, & ad ciendam urinam. Sed id uicè magis, quàm uulteribus commendant: contra uerò Matricariam dictam feminis tantum exhibendam præcipiunt. Parthenij in simplicium medicamentorum censu Galenus meminisse non reperio. Eius nomen Græcum est παρθέριον, Latinum similiter Parthenium: Arabicum, Achuen, Vchuen, Achuan, siue Alachuan: Italicum, Partheno, Matricaria, & Amarella: Germanicum, Muotter kvant, & Mettram: Gallicum, Matricaire.

B V P H T H A L M V M.



Βουφθαλμῶν.

BUPHTHALMON.


CAP. CXXXIX.

Buphthalmon, quidam cachlam uocant, caules emittit tenuēs, mollesq; : folia foeniculi : luteum florem; anthemide maiorem, oculi similitudine, unde nomen traxit. Circa oppida nascitur, & in cā peltribus. Flores cum cerato triti, tumores, duritiesq; discutunt. Aiuunt eporam post exitum a balneis, regio morbo correptus, colorem tractu temporis reddere.

Non parum profectio inter se variant de Buphthalmo recentiorum sententia, ut herbam, quae ipsum legitimum representet decernant, & ostendant. Nam aliqui putant, herbam quamdam cubito altiorē, in pratis & agrorum marginibus nascentem, quae (ut euidem opinor) Bellis maior est folio nempe in ambitu serrato, flore intus melio, extrā verò candidissimis sevilis undique circumdato, anthemide maiore, esse legitimum Buphthalmum. Alii verò, quibus aestimatur Fuchsius, aliam ab hac herbam verum Buphthalmum esse conueniant, vulgariis anthemidis cognatam, quam off. cing.

Buphrāmi, confid.


BELLIS MAIOR.




Cotulam non fetidam vocant. Sed cur horum sententias comprobem, sanè non habeo. quippe quamvis Cotula non fatida dicta foliorum facie quadamtenus Bupththalmum referat; flores tamen in medio melini, & in ambitu anthemidis modo candidi, Dioscoridis picture non vtiq; respondent. Quemadmodum & hinc perspicuum est alteram plantam, cuius primo loco meminimus, non esse Bupththalmum. Si quidem cum diligentissimè scripserit Dioscorides vulgaris anthemidis, tum etiam parthenii flores intus aureo micare colore, per ambitum verò candido, dubitandum quidem non est, quin & eadem fuerit usus diligentia in describendo Bupththalmi flore, quem tamen luteum in vniuersum facit, non autem in ambitu candidum, qualis in vulgari parthenio conspicitur. Cum itaque Bupththalmum luteo planè flore præditum esse debeat, dubiè errant, meo quidem iudicio, qui pro Bupththalmo prædictas, aut similes plantas accipiunt. Ceterum legitimum, ni fallor, Bupththalmum ad me attulit hoc anno Patavio Ioannes Odoricus Melchiorius Tridentinus, iuuenis spectate in philosophia, ac medicina eruditionis, mihiq; perinde ac filius charissimus, quod in nullis prioribus notis à Dioscoridis descriptione dissidet, ut eius effigies, quam hic damus, abundè demonstrat. Bupththalmi vires retulit Galenus libro 6. simpliciū medic. ijs verbis. Bupththalmum, inquit, sic appellatum est à floribus, qui figura quidem bonis oculis videantur adsimiles, colore autem anthemidis floribus similissimi sunt, sed multo illis tum maiores, tum acriores. Proinde & vehementer

Bupththalmi
pices ex Gal.

BELLIS MEDIA.



BELLIS MINOR.



60 *tius discutunt, adeo ne durities sanent cerato misti. hęc Galenus. Vbi, ne quid nobis obster, animaduertendum est, quod Galenus, qui Bupthalmi flores anthemidis floribus simillimos reddit, de ea tantum anthemide intelligit, quę luteos flores profert. Sed quoniam de Bupthalmi flore differenti mihi BELLIS sic à Plinio uocata occurrit, cuius etiam initio commentarij memini, non alienum esse duxi, hoc in loco eius historiam, & uires recensere. Bellis igitur quanquam plura sunt genera, tria tamen communiter numerantur, nempe maior, medium, & minus. Maius folia gerit ex angusta origine in latum ambitum sinientia, subrotunda, crassiuscula, & circumquaque serrata, hinc circa radicem in rotae modum accubantia. Quę autem in caulibus habentur, oblonga magis sunt senectutis modo, caules emittit ab una radice plures, cubitales, teretes, robustosq; , è quorum summis partibus flores exeunt Anthemide, aut Parthenio maiores, qui estate rota perdurant, colore intus aureo, & per ambitum candido. Radix illi est multifida, haud ualde descendens. Asterum autem, quod medium appellamus, plerumque in pratis prouenit folijs minoribus, nec adeo per ambitum incisis, in terra iacentibus. Canaliculos edit tenues, flexiles, rotundos, palmarum longitudine. Raicem altero tenuiorem, sed multifidam. Flores mitius maiores per omnia similes, sed longè minores. Minus quod in hortis seritur, uarijs spectatur generibus: quę florum uarietate dignoscuntur. Nam tamen si folia in omni sunt genere habeantur longiuscula, in cacumine subrotunda, crassiuscula,*

Bellis histo-
ria, & uires.